

Fabri, Felix: Evagatorium in Terrae Sanctae, ..., ed. v. C.D. Hassler, Bd. 2, 1843, enthaltend fol. 183A–291B von Bd. 1 des Autographs (19 555-1) und fol. 2a–74a von Bd. 2 des Autographs (19 555-2)

zu Bild Nr.

0678

0676

0682

0672

0687

0667

0727

0627

0777

0577

0177

105

in mari, et naviculae jactabantur magnis fluctibus, ita, quod nec spes evadendi mortem esset. In his enim augustiis ruptum fuit gubernaculum barcae, in qua erant domini mei, et in maximo erant periculo, et aquae vento agitatae incidebant undique. In alia vero barca eis collateralis fractus fuit malus, et velum cum antenna per ventum ejecta fuerat, et isti erant in majori periculo, et omnino erant desperati, confitebantur sibi invicem et vota vovebant, sicut moris est periclitantium. Deo autem eis in tribulatione assistente evaserunt et integro numero portum Venetianum ingressi sunt, licet madidi, tremantes et miseri. Per aliquot autem dies manserunt Venetiis, et inde egressi repatriaverunt et circa festum S. Galli in propriis terris fuerunt. Obierunt multi nobiles et servi, sed de dominis meis et de servis eorum non remansit nec unus in via, nisi ego, qui remansi in Jerusalem juxta votum dominorum meorum, ipsi vero et servi eorum omnes sani et integro numero in propria venerunt recepti cum ingenti laetitia et gaudio suorum parentum, uxorum, filiorum et amicorum.

DEO SIT LAUS.

Finit peregrinatio communis Iherosolymitana.

Ende

Anfang